

54  
 et festi ab oculis eius elapsus. **N**e uero putas quod ad patrem nativam  
 pergit. ignoras prorsus eius decessum uenerabilem. Surrexerunt  
 nunc et ob uisus anxie monastio seruientibus perquisitis ubi  
 natus sit frater antonii. ipsi admodum stupefacti responderunt  
 simpliciter se nescire. quo firmiter asserere se omnino eum ui-  
 disse et suam camera in illo instanti utique intrasse et exisse. adque  
 uerba super dicta manifeste sibi dixisse. missum est ad locum  
 fratrum uel si de aduentu ipsius illi fratres aliquid forte nossent. sed ni-  
 mirum non in uero eo. **P**refatus abbas ad cor illico rediens cog-  
 nouit certissime sanctum antonium per mortis excessum ad patriam  
 celestis per hunc uisum feliciter prexisse. et memoras dili-  
 genter tempus postmodum liquet reperit. quod illa die et hora sanctus  
 antonii obiit quod uel dictum est in eadem camera sibi apparuit.  
 sic postea deuotissime ipse frater dixit. **Signum**

**D**ie namque quo beatissimi antonii corpus in ecclesia sancte di-  
 genitricis marie honorifice repositum est mulier quaedam  
 nomine cunixa pannum gutturis firmata instrumentis lig-  
 neis quos ferulas uocant sustentata ad locum usque pue-  
 nit. In cuius humero ex contractione humorum gibbus ima-  
 nis excrescens sic eam tam miserabiliter curuauerat ut nisi  
 ferularum sustentatione ullatenus incedere ualeret. quae cum co-  
 ram beatissimi antonii tumulo in oratione prostrata paulu-